propter eum quidam autem ex illis uolebant
ad praehendere eum sed nemo
misit in illum manus uenerunt ergo
ministri ad principes sacerdotum
et farisaeos et dixerunt eis illi
quare non adduxistis illum
responderunt autem ministri numquid sic
homo locutus est quomodo hic loquituitur
responderunt illis pharisaei
numquid et uos seducti estis
numquid aliquis de principibus credit
in eum aut de pharisaeis
sed turba haec quae nescit
legem maledicti sunt
dicit nicodemus ad illos unus ex illis
qui uenit ad illum nocte ante hoc
numquid lex nostra iudicat hominem
si non audiat ante ab ipso
et cognoscatur quid fecit
responderunt et dixerunt ei numquid et tu de
de galilaea es scrutinae et uide scripturas
quoniam propheta de galilaea
non surgit et abierunt
unusquisque in domum suam ihs autem abiit VIII
in montem oliuarum mane autem
iterum uenit in templum
et omnis populus ueniebat ad eum
adducunt autem scribae et pharisaei
in peccato mulierem mulierem conpraehensam
et statuentes eam in medio
dicunt illi temptantes eum sacerdotes ut haberen
accusare eum magister haec mulier
conpraehensa est palam in adulterio